



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||**

**Bernoldus <Constantiensis>**

**Antverpiæ, 1565**

1. De introitu Missæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

MICROLOGVS<sup>17</sup>

DE ECCLESIASTICIS  
OBSERVATIONIBVS.

De introitu Missæ,

CAP. I.

**P**RESBYTER, cum se parat ad missam, iuxta Romanā consuetudinem decantat psalmos, Quam dilecta, Benedixisti, Inclina domine, Credidi: Deinde, *κύριε ἐλέησον*, Pater noster, cum precibus & oratione pro peccatis, videlicet ut intus & exteriū summo sacerdoti placere valeat: quem cū sacra-tissima oblatione, sibi, omnibusque Christianis placare desiderat. Paratus autem intrat ad altare, & facit confessionē; quia scriptum est: Sapiens accusator est sui in principio. & antiquæ legis sacerdotes primum pro se, deinde pro populo offerre soliti erant. Interim cantatur Antiphona ad Introitum, quæ ab introitu sacerdotis ad altare hoc nomen meruit habere. Hanc ad introitum dici, Cælestinus Papa in ordine quadragesimus quintus

B insti-

Confessio sacerdotis cur instituta.  
Proverb. 18.

18 MICROL. DE ECCLES.

Sic etiam Ama-  
larius ē gestis  
Pōtificum c. s.  
lib. de officio  
Missæ.  
nuptiæ

instituit: cùm vsque ad eius tempora an-  
te sacrificium Epistola tantum Pauli &  
Euangelium legeretur. Letaniæ qua se-  
quuntur propter ipsa Græca verba, à Græ-  
cis assumptæ creduntur.

De Gloria in excelsis, & Dominus vobiscum,

CAP. II.

IN omni festo quod plenum habet of-  
ficium, excepto intra aduētum Domini,  
& septuagesimam, & natali Innocētūm,  
tam presbyter quam Episcopus, Gloria in  
excelsis dicent. Quod etiam nunquam

Officium Mi-  
ssæ post meri-  
diem non dici-  
tur.

post Meridiem legitur dicendum, nisi in  
Cœna Domini, vbi Chrisma cōficitur, & is  
in sabbatis Paschæ & Pentecostes. Dein  
de versus ad populum dicit: Dominus vo-  
biscum. Respondetur, Et cum spiritu tuo.

Vide hac de re  
plura apud Da-  
mianum in tra-  
ctatu inscripto,  
Dominus vobi-  
scum.

Notandum ex his verbis, Plures esse de-  
bere respondentes, & vnum salutantem.  
Sicut enim ineptè respōderetur: Et cum  
spiritu vestro, cùm vnum esset saluator,  
sic incongruè salutatur per Dominus vo-  
biscum, cùm vnum tantum assit vel nul-  
lus. Hoc vtique beatissimi patres Aposto-  
lici, Anacletus quidē à beato Petro quin-  
tus, & Soter in ordine decimus tertius de-  
cre-